



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CXXX. De præsumptione, quæ opponitur magnanimitati
secundum excessum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Si voluntas, aut est
voluntio simplex, a c
imperatua. Si secun
dum, ipsa non est di
stincta a magnificen
tia. Si primum, cum
connotet ex parte in
tellectus certitudi
nem quādam, sic est
exempli spei. Si autem
si actus intellectus,
non videtur esse nisi
certitudo. Et hoc di
cebamus esse conno
tam per fiduciam.
¶ Ad hoc dubium di
citur, quod securitas
opime ponitur vlt
tra fiduciam. Et cum
dicitur, Habita fidu
cia habetur quies a
timore, respondetur
dupliciter. Primo,
quod cum spes sit de bo
no, & timor de ma
lo, quanto firmior
est spes alicuius bo
ni, tanto minor est
timor oppositi mali,
hoc est, privationis,
seu carnis illius bo
ni: & quod ratione
negationis boni spe
rari non oportet po
nere vltra fiduciam,
securitatem, sed ra
tione aliorum malo
rum. ver. gr. In ma
teria fortitudinis po
nitur fiducia ratio
ne victorie, & non
oportet ponere secu
ritatem respectu pri
uationis victorie sed
ponitur securitas re
spectu malorum quae
sustinenda imminet,
puta, vulnerum &c.
Et sic fiducia, & se
curitas ponuntur re
spectu diversorum
obieciorum. Dicitur
nihilominus se
cundo, quod est alia
necessitas ponendi
vtramque ex parte di
versarum passionū.
Nam fiducia respicit
spem, securitas ti
morem. Et oportet
vtramque passionē
habere proprium re
ctificatum. Unde
ex hoc ipso, quod fidu
cia parit securitatē,
ostenditur nec super
fluitas, nō identitas,
sed concomitantia
respectu eiusdem, si
concurrunt. Prima ta
men responsio, quae
categorica est, suffi
cit: quoniam ostēdit
quod in diversis passio
nibus respectu diver
sorum obiectorum
parialium oportet
ponere plures mo
dos, seu conditiones
virtuosas. Et per hoc
patet solutio secun
di.

vtitur audacia, ita & securitas ex
consequenti pertinet ad magna
nimitatem, in quantum repellit
desperationem.

AD PRIMVM ergo dicendum,
quod fortitudo non precipue lau
datur ex hoc, quod non timeat,
quod pertinet ad securitatem: sed
in quantum importat firmitatem
quandam in passionibus. Unde
securitas non est idem quod for
titudō, sed est quaedam conditio
eius.

AD III. dicendum, quod non
quolibet securitas est laudabilis,
sed quando deponit aliquis curā
prout debet, & in quibus timere
non oportet: & hoc modo est
conditio fortitudinis, & magna
nimitatis.

AD IIII. dicendū, quod in virtuti
bus est quaedam similitudo, & par
ticipatio future beatitudinis, vt su
pra habitum est: * & ideo nihil
prohibet securitatem quādam ef
se conditionem alicuius virtutis,
quāuis perfecta securitas ad pre
mium virtutis pertineat.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum bona fortuna conferant ad ma
gnanimitatem.

AD OCTAVVM sic procedi
tur. Videtur quod bona for
tunę non conferant ad magnani
mitatem: quia, vt Seneca dicit in
lib. de ira. Virtus sibi sufficiens est:
sed magnanimitas facit omnes vir
tutes magnas, vt dictum est. * er
go bona fortunę non conferunt
ad magnanimitatem.

¶ 2 Prę. Nullus virtuosus cōtem
nit ea, quibus inuatur: sed magna
nimus cōtēnit ea, quę pertinent
ad exteriorem fortunam. Dicit. n.
Tullius in libro de Offic. * quod ma
gnus animus in externarum rerū
despicientia commendatur. ergo
magnanimitas nō adiuuatur a bo
nis fortunę.

¶ 3 Prate. Ibidem Tullius * sub
dit, quod ad magnanimum perti
net, ea, quę videntur acerba, ita fer
re, vt nihil a statu naturę disce
dat, nec a dignitate sapiētis. & Ari
stot. dicit in 4. Ethicorum, * quod
magnanimus in infortunijs non
est tristis: sed acerba, & infortunia
opponuntur bonis fortunę, qui
libet enim tristatur de subtractio
ne eorum quibus inuatur. ergo
exteriora bona fortunę non con
ferunt ad magnanimitatem.

SED CONTRA est, quod Phi
losoph. dicit in 4. Ethicorū, * quod
bona fortunę videntur conferre

A ad magnanimitatem.

RESPON. Dicendum, quod si
cut ex supra dictis patet, magna
nimitas ad duo respicit, ad hono
rem quidem sicut ad materiam,
& ad aliquid magnum operan
dum sicut ad finem: ad vtrumque
autem istorū bona fortunę coo
perantur. Quia enim honor vir
tuosis non solum a sapientibus,
sed etiam a multitudine exhibe
tur, quae maxima reputat huius
modi exteriora bona fortunę, fit
ex consequēti, vt ab eis maior ho
nor exhibetur his, quibus adsunt
exteriora bona fortunę. Similiter
etiam ad actus virtutum organi
ce bona fortunę deseruiunt, quia
per diuitias, & potentias, & ami
cos datur nobis facultas operan
di: & ideo manifestum est, quod
bona fortunę conferunt ad ma
gnanimitatem.

AD PRIMVM ergo dicen
dum, quod virtus sibi sufficiens
esse dicitur, quia sine his etiam ex
terioribus bonis esse potest: indi
get tamen his exterioribus bonis
ad hoc, quod expeditius operetur.

AD III. dicendum, quod magnanimus exteriora bo
na, pro quibus debeat aliquid indecens facere. Non
contemnit, in quantum nō seputat ea bona magna,
tamen quantum ad hoc contemnit ea, quin reputet
ea vtilia ad opus virtutis exequendum.

AD IIII. dicendum, quod quicumque non reputat
aliquid magnum, neque multum gaudet, si illud ob
tineat: neque multum tristatur, si illud amittat. Et ideo
quia magnanimus non estimat exteriora bona, scilicet
cet, bona fortunę, quasi aliqua magna, inde est quod nec
de eis multum extollitur si adsint, neque in eorum
amissione multum deiecitur.

QVAESTIO CXXX.

De presumptione, in duos articulos
articulos.

¶ E I N D E considerandum
est de vitijs oppositis ma
gnanimitati.

¶ Et primō, de illis quae opponun
tur sibi per excessum, quae sunt
tria, scilicet presumptio, ambitio, & ina
nis gloria.

¶ Secūdo, de pusillanimitate, quae
opponit ei per modū defectus.

Et circa primum quaritur duo.

¶ Primō, Vtrum presumptio sit
peccatum.

¶ Secūdo, Vtrū opponatur ma
gnanimitati per excessum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum presumptio sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur.
Videtur, quod presumptio
non sit peccatum. Dicitur enim
Secunda Secunda S. Thomę.

¶ Ad tertiu dicitur,
quod maior est fal
sissima, nec probatio
aliquid apparentie
habet.

Ar. 1. huius
quirit.

¶ Ad quartum, li
cet possit negari ma
ior, quia partes illae
sunt positae respectu
fortitudinis, non ma
gnanimitatis, potest
tamē dici vt ad quin
tum, quod securitas
comprehensio est sub
fiducię nomine. Non
quod securitas sit in
ferius respectu fidu
ciae, quia fiducia est
boni, securitas a ma
lo. sed propter con
comitantiam earun
dem respectu oppo
sitorum. Securitas
enim a malo aliquo
infert quādam fidu
ciam de bono oppo
sito, & econtra.

¶ Ad se tū dicitur,
quod securitas nec
est actus intellectus,
nec voluntatis: sed
est in irascibili habi
tus quietatiuus a ti
more.

¶ Super Quästionis
centesima trigesima
Articulum pri
mum.

¶ In art. 1. q. 130. in
responsione ad pri
mū, circa illud. Pra
sumptiuosum est, quod
aliquis in statu im
perfecte virtutis at
tentaret assequi statim
ea, quae sunt perfecte
virtutis, dubium oc
currit ex Martino, in
tractat. dicto q. 1. de
presumptione, ubi tri
pliciter cōtra hoc di
ctum vniuersaliter
intellectū arguit. Pri
mo, Quia historiis
ecclesiasticis nō cōsi
nat, dū multos legi
mus in statu imper
fecte virtutis volasse
ad eorum, aut religio
nem; alios expo
suisse se martyrio p
fide Christi. Secūdo,
Quia non consonat
rationi morali. Nam

Capit. q. 21.
art. 2. ad 1.
& q. 70. ar.
tic. 3. ad 2.

R R a cuiusli

eniossi et virtutis moralis adus, est in plena facultate liberi arbitrii aditu ipse cialiter a Deo ergo existens in statu imperfecte virtutis, potest appetere opus perfecte virtutis. Tertio, quia opus perfectum, per quod generatur perfectus habitus, precedit habitum perfectum. ergo opus perfectum habetur pro tempore, pro quo non habetur adhuc nisi habitus imperfectus. Non est ergo presumptuosum vniuersaliter, quod aliquis habens imperfectum habitum, attendet opus perfecte virtutis.

¶ Ad hoc dubium dicitur, quod verba auctoris sunt vniuersaliter vera, sane tamen intellecta, vt intelligi debent: notanda siquidem sunt verba licet. Vnde ad primam obiectionem dicitur, quod illi, qui ad eremum, aut religionem absque presumptione ingressi sunt, non attendebant statim ad ea, quae sunt perfecte virtutis, sed attendebant viam perfecte virtutis, quod in litera approbatur manifeste. Religio, nichola est virtutis perfecte, non professio perfecte virtutis. Qui autem martyrio se exposuerunt, licet quod ad nos viderentur esse imperfecte virtutis, vt potest inchoates: quod ad Deum tamen erant perfecte virtutis, ipso Domino attestante, Maiorem charitatem nemo habet. Charitas siquidem vnus incipientis potest esse maior charitate alterius, qui multo tempore profecit: quoniam vnicuique datur charitas secundum mensuram donationis Christi, & non est mensura aliqua initii. Similiter illi, qui statim ad solitariam vitam recte processerunt, a perfecta virtute inceperunt, vt Antonius, & Benedictus, propter iam dictam diuinae largitatis mensuram, quae vni tantum tribuit in initio, quatuor non habebit alius post quadraginta annos in religioe.

Apost. ad Philippen. 3. Quae retro sunt obliuiscens, ad anteriora me extendo: sed hoc videtur ad presumptionem pertinere, quod aliquis tendat in ea, quae sunt supra seipsum. ergo presumptio non est peccatum.

¶ 2. Praet. Philosoph. dicit in 10. Ethicor. quod oportet non secundum suadentes humana sapere hominem entem, neque mortalia mortalem, sed in quantum contingit immortalem facere. & in 1. * Metaph. dicit, quod homo debet se trahere ad diuina in quantum potest: sed diuina, & immortalia maxime videntur esse supra hominem. Cui ergo de ratione presumptionis sit, quod aliquis tendat in ea, quae sunt supra seipsum, videtur quod presumptio non sit peccatum, sed magis sit aliquid laudabile.

¶ 3. Praet. Apostol. dicit 2. ad Corinth. 3. Non sumus sufficientes aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis. Si ergo presumptio, secundum quam aliquis nititur in ea, ad quae non sufficit, sit peccatum, videtur quod homo nec cogitare aliquid bonum licite possit: quod est inconueniens. non ergo presumptio est peccatum.

SED CONTRA est, quod dicitur Ecclesiast. 37. O presumptio nequissima, vnde creata es? Vbi respondet glos. * de mala, scilicet, voluntate creaturae: sed omne quod procedit ex radice male voluntatis est peccatum. ergo presumptio est peccatum.

RESPON. Dicendum, quod cum ea, quae sunt secundum naturam, sint ordinata ratione diuina, quam humana ratio debet imitari, quicquid secundum rationem humanam sit, quod est contra ordinem communiter in naturalibus rebus inuentum, est vitiosum & peccatum. Hoc autem communiter in omnibus rebus naturalibus inuenitur, quod quilibet actio commensuratur virtuti agentis. Nec aliquid agens naturale nititur ad agendum id, quod excedit suam facultatem, & ideo vitiosum est, & peccatum, quasi contra ordinem naturalem existens, quod aliquis assumat ad agendum ea, quae preferuntur suae virtuti: quod pertinet ad rationem presumptionis, sicut & ipsum nomen manifestat. Vnde manifestum est, quod presumptio est peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nihil prohibet aliquid esse supra potentiam actiuam alicuius rei naturalis, quod non est supra

potentiam passiuam eiusdem. In est enim acti potentia passiva, per quam potest transmutari in hoc, quod habet actionem, & motum ignis, quae excedunt potentiam actiuam aeris. Sicut etiam vitiosum est, & presumptuosum, quod aliquis in actu imperfecte virtutis existens, attendat statim ad ea, quae sunt perfecte virtutis, sed si quis ad hoc tendat, vt proficiat in virtutem perfectam, hoc non est presumptuosum, nec vitiosum. Et hoc modo Apostolus in anteriora se extendebat, scilicet per continuum profectum.

AD II. dicendum, quod diuina, & immortalia secundum ordinem naturae sunt supra hominem. Homini tamen inest quaedam potentia naturalis, scilicet, intellectus, per quam potest coniungi immortalibus, & diuinis, & secundum hoc Philof. * dicit, quod oportet hominem se trahere ad immortalia, & diuina, non quidem vt ea operetur, quae decet Deum facere, sed vt conueniatur per intellectum, & voluntatem.

AD III. dicendum, quod sicut Philof. dicit in 3. Ethicor. * Quae per alios possumus, aliquatenus per nos possumus, & ideo quae cogitare, & facere bonum possumus cum auxilio diuino, non totaliter hoc excedit nostram facultatem. Et ideo non est presumptuosum, si aliquis ad aliquid opus virtuosum agendum intendat: esse autem presumptuosum si ad hoc aliquid tenderet absque si diuinae auxiliij.

ARTICVLVS II.

Vtrum presumptio opponatur magnanimitati per excessum.

AD SECVDVM sic proceditur. Viderur, quod presumptio non opponatur magnanimitati per excessum. Presumptio enim ponitur species peccati in Spiritum sanctum, vt supra habitum est; sed peccatum in Spiritum sanctum non opponitur magnanimitati, sed magis charitati. ergo etiam neque presumptio opponitur magnanimitati.

¶ 2. Praet. Ad magnanimitatem pertinet, quod aliquis se magnis dignificet, sed aliquis dicitur presumptuosus etiam si se parus dignificet, dum modo hoc excedat propriam culturam. non ergo directe presumptio opponitur magnanimitati.

Li. 10. ca. 7. non procul a n. 10. 5.

Lib. 1. ca. 2. declinando ad finem id inquit, 10. 3

Glos. Inter lin. ibid.

honotabilem. ergo non est presumptio opposita magnanimitati. Secundo, q non opponitur proprie charitati, quia magis o'ponit s'pei. Secundum. n. auto. rem in q. de malo, presumptio est inordinata s'pes. Tertio, inordinata confidentia de divina misericordia no opponitur magnanimitati: ergo. Probatur assumpti, quia no est reip' ad arduorum agendorum, sed respectu impunitatis in extremo iudicio. Ad hoc dicitur, q presumptio, qua q's inordinata confides de divina misericordia, conuenit diuina iustitiam & ratione radices, & ratione ipsius contemptus manifeste opponitur magnanimitati. Radices quidem, quia talis ut sic, dignificat se magis, quibus no est dignus. Significat se siquidem diuina adoptione, & visione, quibus non est dignus. Ratione vero contemptus quia ipsum conuenit est actus magis excedens facultatem hominis talis: quia contemere vindicantiam iustitiam est hominis sancti, & iusti. Vnde patet responsio ad primu. Quilibet presumptuosus conuenit, exercet ipsum actum vnam, & honorabilem, v'pote, vt actum iam securi de Deo. Et similiter patet responsio ad tertium quia arduissimum agendum, est regnare cum Christo, videre Deum, assequi opera felicitatis aeternae, quae iste sperat. Ad secundum vero ex litera patet, q non d'f' opponit simpliciter charitati, sed ratione materiae, in quantum s' est aliquid diuini qd no impugnat ab argu.

¶ 3 Præ. Magnanimus exteriora bona reputat quasi parua: sed secundum Philof. in 4. Ethico. * presumptuosus propter exteriorem fortunam sunt despectores, & iniuriatores aliorum, quasi magnum aliquid estimantes exteriora bona. ergo presumptio non opponitur magnanimitati per excessum, sed solum per defectum.

SED CONTRA est, quod Philof. dicit in 2. & 4. Ethic. q magnanimo opponitur per excessum chaynus, i. furiosus, vel ventosus, quem nos dicimus presumptuosum.

RESPON. Dicendum, q sicut supra dictum est, * magnanimitas consistit in medio non quidem secundum quantitatem eius, in quod tendit, quia tendit in maximum: sed constituitur in medio secundum proportionem ad propriam facultatem. Non. n. in maiora tendit, q sibi conueniant. Presumptuosus autem quantum ad id, in quod tendit, non excedit magnanimum: sed multum quandoque ab eo deficit. Excedit autem secundum proportionem suae facultatis, quae magnanimum non transcendit: & hoc modo opponitur presumptio magnanimitati per excessum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q non qualibet presumptio ponitur peccatum in Spiritum sanctum, sed illa, qua quis diuinam iustitiam contemnit ex inordinata confidentia diuinae misericordiae. Et talis presumptio ratione materiae, in quantum scilicet per eam contemnitur aliquid diuinum, opponitur charitati, vel potius dono timoris, cuius est Deum reuereri. In quantum tamen talis contemptus excedit proportionem propriae facultatis, potest opponi magnanimitati.

AD II. dicendum, quod sicut magnanimitas, ita & presumptio in aliquod magnum tendere videtur. Non enim multum conuenit dici aliquis presumptuosus, si in aliquo modico vires proprias transcendat. Si tamen talis presumptuosus dicatur, haec presumptio non opponitur magnanimitati: sed illi virtuti, quae est circa mediocres honores, vt dictum est. *

AD III. dicendum, q nullus attentat aliquid supra suam facultatem, nisi in quantum facultatem suam estimat maiorem, quam sit. Circa quod potest esse error dupliciter. Vno modo, secundum solam quantitatem, puta, cum aliquis estimat se habere maiorem virtutem, scientiam, vel aliquid aliud huiusmodi, q habeat. Alio modo, secundum genus rei, puta, cum aliquis ex hoc estimat se magnu, & magnis dignu, ex quo non est, puta, propter di-

uitias, vel propter aliqua bona fortuna. Vt enim Philof. dicit in 4. Ethico. * qui sine virtute talia bona habeat neque iuste magnis seipos dignificant, neq; recte magnanimi dicuntur. Similiter etiã illud, ad quod aliquis tendit supra vires suas, quandoq; quidem secundum rei veritatem est magnum simpliciter: sicut pater de Petro, qui tēdebat ad hoc, q pro Christo pateretur, quod erat supra virtutem suam: quandoque verò non est aliquid magnum simpliciter, sed solum secundum stultorum opinionem, sicut praetiosus vestibus indui, despiciere, & iniuriari alijs: quod quidem pertinet ad excessum magnanimitatis no secundum rei veritatem, sed secundum opinionem. Vnde Seneca dicit in libr. * de quatuor virtutibus, q magnanimitas si se extra modum suu extollat, facit viru minacem, inflatum, turbidum, inquietu, & in qualicq; excellentias dictorum, factorumq; neglecta honestate, festinum. Et sic patet, q presumptuosus secundum rei veritatem, quandoq; deficit a magnanimo: sed secundum apparentiam in excessu se habet.

QVAESTIO CXXXI.

De ambitione, in duos articulos diuisa.

Super Quaestione centesima trigesima prima Articulum primum.

DEINDE considerandum est de ambitione.

ET CIRCA hoc quaruntur duo.

¶ Primò, vtrum ambitio sit peccatum.

¶ Secundò, vtrum opponatur magnanimitati per excessum.

ARTICVLVS I.

Vtrum ambitio sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur: Videtur, quod ambitio non sit peccatum. Importat. n. ambitio cupiditatem honoris: honor autem de se quoddam bonum est, & maximum inter exteriora bona. vnde & illi, qui de honore non curant, vituperantur. ergo ambitio non est peccatum, sed magis aliquid laudabile, secundum quod bonum laudabiliter appetitur.

¶ 2 Præ. Quilibet absq; vitio potest appetere illud, quod sibi debetur pro premio: sed honor est premium virtutis, vt Philof. dicit in 1. & 8. Ethic. * ergo ambitio honoris non est peccatum.

¶ 3 Præ. Illud, per qd homo prouocatur ad bonum, & reuocatur a malo, no est peccatum: sed per honorem homines prouocantur ad bona faciendia, & mala vitanda, sicut Philof. dicit in 3. Ethic. * quod fortissimi videntur esse, apud quos timidi sunt inhonorati, fortes autem honorati. & Tullius * dicit in libro de Tusculanis quaestionibus, quod honor alit artes. ergo ambitio non est peccatum.

Secunda Secundae S. Thomae.

IN art. 1. q. 13. 1. dubium primo occurrit circa illud, id in quo homo excellit, datur homini a Deo, vt ex eo alijs proficiat. Videur enim dici hoc sine ratione aliqua nec apparet verum, qm qd de quo datur homini, vt in seipso perfectior sit. Dubium secundò occurrit circa distinctionem trimembre inordinati appetitus honoris, an sit sufficiens. Inquit enim Marius in 1. quaestio de ambitione, quod videtur sibi esse alii modis preter istos. Vnde quatuor modos ponit, scilicet ratione quantitatis, finis, mediocritatis, & vehementiae. Sub his siquidem modis tribus in litera assignatis, non comprehenditur ambitio digni secundum se aliquo honore, sed indigni: quia habet dignitatem se illo honore, qui no potest vtrique dari, vt est honor episcopalis &c. Et similiter nec ambitio eius, qui per quacunque media querit honorem, quo dignus est. Et similiter nec ambitio eius, qui vehementius affectat, vel querit, quam oportet. Dubium tertio est, circa veritatem tertii membri distinctionis

Li. 4. ca. 1. circa mediu tom. 5.

In cap. de moderanda fortitudine.

Li. 3. ca. 1. & li. 4. cap. 3. tom. 5.

Li. 3. cap. 8. tom. 5. * li. 1. no remote a pri.

R R 3 dicta